

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**An Christvs Tentatorem Svvm Statim Noverit, Nec Ne  
paucis disquirat**


**Herbart, Johann Michael**

**Oldenburg, 1738**

**VD18 15098974-003**

Farbkarte

[urn:nbn:de:gbv:45:1-633780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-633780)





**H**Aud ita pridem in lectionibus nostris  
theologicis, quæ ad ductum **BUDDEI** in  
*compendio Theolog. Dogm.* instituuntur, de  
aliorum præter hominum animas spirituum existen-  
tia egimus. Autor noster *Lib. II. Cap. II. §. 21. a*  
*tentatione Christi*, cuius *Euangelistæ Matthæus* cap.  
*IV. 1. seqq. Marcus* Cap. I. 12. *Lucas* Cap. IV. 1. seqq.  
mentionem faciunt, argumentum pro existentia Spi-  
rituum desumens, tentatorem non hominem, sed  
malum Spiritum fuisse, solidis rationibus demonstrat.  
Eo usque autem hac in re progreditur, ut, Christum  
a Satana per aërem raptum in pinna templi consti-  
tutum fuisse, eundemque Satanam arte quadam præ-  
stigiatrice in aëre omnia regna mundi velut in tabula  
quadam repræsentasse, sibi persuadeat. Quam opini-  
onem cum ea, qua decet, modestia ac reuerentia  
refellerem, simulque ostenderem, maximi nominis  
Theologos, inque eorum numero ipsum *Langium*,  
iure contendere, **Diabolum** humana indutum forma  
ad